Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Incipit epla Sci Macharii data admonachos.

Ieiunio copia ingentem excitat flamam. multitudo autem escarum enutrit concupiscentiam pessimam. Concupiscentia escarum et inobedientia generat mortem. Indigens uentri in oracionibus ut gulanciam postat. et coronam animi adquirit. repletus autem somnium inducit grauissimum. Oculus gulosi conuiuia seruitatur. oculis autem sapientum meditatur continentiam. Formidolosus miles horrescit tubam que bellum significat. et gulosus si abstinentiam predicantem audierit non libenter asculatur. Flamma cum mardescit elucescet et iterum si acceptit lignum lucescet. et libido sopita rursum crescit insaturite. Non miserearis corpori. si lassitudine defecerit. Equus consenciens. indigens corpori. nec ascensorem deicit umquam. Concupiscentia gule. mater est libidinis. Oleum nutrit lampades lucerne. et igne se accendit confabulatio mulieris. Facies mulieris sagitta est truculenta. infixit uulnus in anima juuenum. Fuge confabulationem mulieris. si castus esse uolueris. Absconsum namque mensis est uenenum bestiarum nequissimum. Magis adpropinquare igni ardenti. quam mulieri nouelle. Cum sis iuuenis. Vimica contra impetum libidinis. Confabulationem fuge mulierum que repleuerint uentrem et promiserint castitatem. si quomentiuntur. Forma pulcritudinis. peius quam procella submergit. Species mulieris si semel mentem contererit. etiam ipsam mentem contempnere persuadet. Vt enim si paleis remoretur ignis. excitat flammam. sic memoria mulieris. permanens succendit concupiscentiam. Vt enim cumulata nauis undarum ictibus obruitur. Sic multa possidens monachus non saluabitur. Nichil possidens monachus athleta insuperabilis. nichil possidens monachus. cui for leuis uelocitas adbrauium uocationis peruenit